Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

debat in terra. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumque sederem
quasi rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.
Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar
canibus patres ponere cum gregis mei. Quorum virtus manuum erat pro
nichilo, et vita ipsa putabantur indigni. Egestate et fame
steriles. Qui rodebant in solitudine squalentes calamitate
et miseria. Et mandebant herbas et arborum cortices, et radix
iuniperorum erat cibus eorum. Qui de convallibus ista rapientes, cum
singula repperissent, ad ea cum clamore currebant. In de
sertis habitabant torrentium, et in cavernis terre vel super gla
ream. Qui inter huiuscemodi letabantur, et esse sub sentibus delicias
computabant. Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non pa
rentes. Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum eis in proverbium. Ab
hominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspue
re non verentur. Pharetram enim suam aperuit et afflixit me, et
frenum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamita
tes mee ilico surrexerunt, pedes meos subverterunt, et oppres
serunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipaverunt itinera mea,
et insidiati sunt mihi, et prevaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium.
Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me, et ad
meas miserias devoluti sunt. Redactus sum in nichilum.
Abstulisti quasi ventus desiderium meum, et velud nubes pertransiit
salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et
possident me dies afflictionis mee. Nocte perforatur os
meum doloribus, et qui me comedunt non dormiunt. In multi
tudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tuni
ce succinxerunt me. Comparatus sum luto, et assimilatus sum fa
ville et cineri. Clamo ad te et non exaudis me; sto et non re
spicis me. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tue
adversaris mihi. Elevasti me, et quasi super ventum ponens eli
sisti me valide. Scio quia morti tradas me, ubi constituta est do
usque mus omni viventi. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis
manum tuam, et si corruerint ipse salvabis. Flebam quondam
super eum qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Pres

Expectabam bona, et venerunt mihi mala.